Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26146
Copyright: Admont, Benediktinerstift



Israhel dr. quia uocauit filiū suū ioseph & dicit ei. Si
inuenio gratiā in conspectu tuo pone manū tuā sub fe-
more meo. & facies mecū misericordiā & ueritatē.
& qui cadentes sup[illegible] fiestigiū uirgae ioseph. ait
iacob. sed israel; tum deinde cū benedicit filios ioseph
israel dicit. & cum conuocat filios suos dicit conuenite.
ut adnuntiem uob quae euenient uob in nouissimis diebus.
Congregemini filii iacob & audite israhel patrem uestrum; sed
fortasse requiret. quare filii iacob dicunt qui conueni
unt. israel ut dr quibenedic eos. Videne forte hoc indicatur.
qd illi in deu eo usq. profecerant. ut israel merita aequarent.
& ideo illi filii iacob dicunt tamquā inferiores. Illeuero
quia iam profecerat. & benedictione futurorū conscius
dabat. israel appellat; Sane quod dicit. quia sepelie-
sepultores aegipti. non iacob sed israel. grande iudi-
catur ee quaestionis. sed ego arbitror. qd in hoc illo
uitium exponit. quib; proeo qd exosus erat omnis
intellectus bonorum. & omnis prospicacia intellegentiae
caelestis israel abeis sepelire dicit. Quia apud impios
sci mortui sunt. & sepulti; haec inquantū ad prosen
occurrere potuit. de differentia iacob & israel memorare sit;
Nob dignū sane post haec uidet intuēri & prospicere. quae
ad ipsū israel pertinent loquat. & quomodo eū uelut
ad quoddam agonem proficiscentē confortabant.